

Heinrich Rahn Joachim Friedrich Moltke von


Disputatio De Imperatoris Romano Germanici Maiestate

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766442098>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO
DE
IMPERATORIS
ROMANO GERMA-
NICI MAJESTATE,

Quam

D. T. O. M. A.

PRÆSIDE

Amplissimo ac Consultissimo Viro

Dn. HENRICO RASCHER/

J. U. D. & Professore Publico Pro-

motore ac Præceptore suo æviternum

colendo

Publicæ disquisitioni submittit

Joachim Friederich von Moleken/

Nob: Megap:

Ad diem 22. Januarij Anno 1642.

In auditorio Majori.



ROSTOCHII,


Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLII.

DISPUTATIO
DE
IMPERATORIS
ROMANO GERMANICI
MAJESTATE


D. T. O. M. A.

P R E S I D E



Publica disquisitioni habuit
Sondum Friedrich von Meibom
No: Megap:

Ab die 22. Januarii Anno 1642.



ROSTOCKII
Typis NICOLAI KILII Acad. Typogr.
ANNO CAR. DC. XLII

IN NOMINE JESU.

Thesis prima.

Majestatis vocabulum à magnitudine communiter cum Festo deducitur. Et quamvis ad res inanimatas etiam referatur, propriè tamen denotat summam & maximam reverendam potestatem, atq; honorem.

Thesis II.

Honorem seu dignitatem quando denotat, umbra potius est, & externa species Majestatis, quam reverà talis, quæ non umbrâ contenta est, sed & veritatem, seu rem ipsam amplectitur.

Th: III.

Sepositâ ergo hac significatione posteriori Majestatis, quâ solum honorem designat, animum institutumq; nostrum dirigimus ad priorè, quâ denotatur jus ipsum, quod summâ in potestate, eamq; secuta veneratione consistit.

Th: IV.

Duplex autem est Majestas: Divina & humana. Humana, quæ hujus nostri discursus sit materia, varijs indigitari solet nominibus.

Th: V.

In jure civili vocatur Imperialis Majestas. *leg. ult. Cod. de ll. Augusta Majestas, l 14. C. de re milit: Principalis auctoritas. l. 50. in fin. de pet. hered. Vulgò superioritas, suprema jurisdictio, plenitudo potestatis, absoluta potestas dicitur.*

Th: VI.

Definitur autem, quod sit summa, perpetua, item legibus soluta Rempublicam gubernantis potestas in subjectos. *Dan: Otto: de Majest: Imp: & Imperant: c. 2. Christ: Besold: lib: 1., polit: cap. 2. S. 7. Arnif: lib: 1 de Majest: cap: 1. & 3.*

Th: VII.

Majestatem Imperatoriam summam potestatem dico. Quia præditus Majestate Imperator superiorem supra se neminem agnoscit præter Deum, cujus vicem obtinet in hoc Mundo, & a quo solummodo dependet. *Gentil: diss: Reg: 1. psg: 77. Thom: Michael: de jurisd. conclus. 7. lit. e. Richard: Dieteri: de sum. Imp. pot. concl. 22.* Nam hæc Majestatem nihil in terris majus, nihil sanctius est. *leg. ult: Cod. de leg: Hinc sacra & sancta merito audit Majestas. Licet Bodino in tractatu suo de Republica lib. 1. cap. ult. num. 173.* Item Arnolao

Clapmar.

Clapmar: lib: 3. de arc: Rerumpubl: hæc appella-
tio tomachum moveat.

Th: VIII.

Et quamvis summa potestas à populo in
Imperatorem lege Regiâ sit translata, S. sed
quod Principi. 6. Inst. de fur. nat. gent. & civ.
l. 1. de const. Princ. Non tamen proinde or-
tum habuit à populo, cum & ipsa, quam po-
pulus ab initio habuit, & in Imperatorem con-
tulit, à Deo fuerit.

Th: IX.

Testatur hoc sacra scriptura, quando vult,
quod non sit potestas, nisi à Deo, ad Rom. 13.
Hinc David vocat Regem Saul unctum Do-
minia Sam. 14. v. 7. cap. 26. v. 11. Sic Græci
olim Imperatores suos $\chi\rho\iota\varsigma \delta\epsilon\varsigma \kappa\rho\upsilon\iota\varsigma$, unctos Do-
mini, appellare solebant, licet unctione non
uterentur in illorum inauguratione. Freher:
ad Petr de And. lib. 2 cap. 6. de Rom. Imperio. ex
Cedrino, Niceta, & alijs. Et Imperator Justini-
anus passim profitebatur Imperium sibi tradi-
tum à Majestate Cœlesti, leg. 1. in pr. C. de vet.
jur. enucl. l. 2. pr. C. d. of. Praef. Prat. Imperato-
res quoq; Rom: Germanici à Divino nutu,
Dei gratiâ, Divinâ favente clementiâ von Got-
tes Gnaden se constitutos rectè scribunt.

A 3

Volu-

Folger

Th: X.
Volumus hic aliquantum evagari ad præ-
eminentiam Imperatoris nostri, asserentes,
quod omnes universi Orbis Christiani Princi-
pes ei cedant, & omni jure cedere debeant.
Arnif. de jur. Majest. l. 1. c. 2. num. 9. §. c. 4 n. 1.
Id quod multorum exterorum Regum, & te-
stimonijs & Principum exemplis, demonstrari
potest.

Th. XI.
Prærogativam hanc confirmat, quod Im-
perium Romanum sit unum ex quatuor illis
præcipuis Regnis, cui Deus per Prophetam,
prædixit magnam, & cum ævo duraturam feli-
citatem: unde id ipsum toto terrarum orbe
verendum. *Orthel. in descript. Europa.*

Th: XII.
Licet autem hæc Imperij dignitas & am-
plitudo, sive fato, sive temporis injuriâ cuncta
abligurientis, & sub caducitatis jugum trahen-
tis, sive tot Barbarorum incursionibus & inte-
stinis discordijs coangustari, & non parum he-
bescere cæperit: Non tamen propterea Impe-
rium desinit esse summum. Absit enim Impe-
rialem potestatem inde æstimemus, quam
quis multis imperet, sed quam liberè, ut ait
Arnif. de jur. Majest. c. 1. num. 4.

Fulget

Th: XIII.

Fulget ergò adhuc, & fulgebit sempiternis cum Sole & Luna radiis Imperij nostri splendor & Majestas, quam nec edax ætas, nec injusta calumniantium absument iniquitas, *Tiber. Decian. resp. 19. n. 208. & seqq.* Sed ad nostram definitionem revertimur.

Th: XIV.

Diximus Majestatem non solum esse summam, sed & perpetuam quoq; potestatem. Siquidem Majestatis summæ nomen non meretur, quæ perpetua non est potestas. *Bodin. lib. 1. c. 8. n. 79. & 80. de Republ. Richard. Dieter. disp. de Majest. conclus. 18.*

Th: XV.

Illis igitur, quibus ad breve aliquod tempus summa potestas tribuitur, Majestas propriè non competit, sed summæ potestatis, atq; Imperij seu Reipub. custodes duntaxat sunt appellandi. *Bod. lib: 1. d. loc. Christ. Besold. lib. 1. Polit. c. 2. §. 30.*

Th: XVI.

Hinc nec Consulare Imperium apud Romanos, quia annuum, nec Dictatoris, quia vix tantum Mensium, ullius Majestatis capax fuit. Hinc nec illi, qui vacante Imperio ejusdem habent administrationem, quales sunt in Romano

mano nostro Imperio tempore interregni Serenissimi Vicarij, Palatinus & Saxo Electores, Majestate summâ sunt præditi. *Dieter in disert. de Majest. conclus. 21. Thom. Michael de jurisd. concl. 29.*

Th: XVII.

Tertium deniq; Majestatis requisitum essentialiale, in definitione nostra traditum, erat potestas legibus soluta, ex primo requisito summa scil: potestate profluens.

Th: XVIII.

Nam eo ipso, quo quis est summus, nec superiorem, nec æqualem recognoscit, legibus subjectus esse nequit, quæ alias superiores essent, aut ab ipso Principe sibi impositæ. *Arnif. d. Majest. lib. 1. cap. 5. Daniel Otto de Majest. Imp. & Imperat.*

Th: XIX.

Sed hoc duntaxat de legibus merè Civilibus non verò divinis & naturalibus intellectum volo.

Th: XX.

Nam, licet summa potestas nulli subijciatur dominationi, nec à quodam se cogi patiatur, rationi tamen, & regulis virtutum subijcitur. Siquidem harum intuitu nullam potestatem vel Majestatem quis habet, nec ut Princeps,

omni

sed

sed ut homo, & civis mundanus, Deoq; subdi-
 tus consideratur, *Hemming Arnis. de Majest. cap. 3.*
num 7. Nec unquam Princeps inferiorem
 & subditam habuit naturam, neq; solutus fuit
 à dictamine rectæ rationis *Reinking. de Reg.*
sec. 3. Eccl. lib. 1. Class 3. c. 12 Bodin. de Republ.
lib. 1. c. 8.

Th: XXI.

Idem statuimus de legibus fundamenta-
 libus, quæ cum ipsa Majestate sunt conjun-
 ctæ, eamq; immediatè concernunt. Hisce enim
 æquè, ut naturalibus, & divinis, Imperator est
 obligatus, *Zoan. de Roman. Imperat. n. 171.*
Hottoman. Illust. quest. 1. Et hoc quidem
 ex inita conventionè juramento confirma-
 tâ venit, qua se Statibus Imperij ultrò
 Imperator devinxit. Cum nihil tam con-
 gruum sit fidei humanæ, quam pacta servare,
 fidemq; datam non fallere, *l. 1. ff. d. pact. l. 1. ff.*
d. const. pecun.

Th: XXII.

Neq; hæc jurata conventio tollit Majesta-
 tem Imperatoris, licet coarctet aliquantum.
 Jurat Rex Galliæ, jurat Rex Angliæ, teste
Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 8. jurat quoq; Hispa-
 nus. Quos tamen Monarchas & Majestate præ-
 ditos

ditos, nemo negabit. Nullam, inquit *Hott. de feud. cap. 29.* unquam ita bardam ac stupidam gentem fuisse arbitror, quæ non regem suum ad fidem & tutelam regni iuvandam inauguratione adegerit. Nec immeritò ita circumscribitur suprema potestas: cum nemo facilè tantâ præditus sit sapientiâ, ut possit in maxima rerum licentia modum tenere, ut dicit *Otanes apud Herod. lib. 3.*

Th: XXIII.

Quando ergo summam & solutam legibus potestatem Imperatori nostro tribuimus, leges merè civiles positivas intelligimus, quibus ipsum minimè subjectum, non saltem docet *l. 31. ff. de ll. sed etiam Aurea Bul. Caroli IV. in præfat. circa fin. tit. 2. in princip. tit. 13. in fin. Et tit. 16. Recessus Imperij de Anno 1495. de pac. publ. passim in verb: Von Römischer Königlicher Macht / vollendkommenheit vnd Rechten wissen. Item de Anno 1544. §. Als wir aber ibi. auß Kayserslicher Macht vnd vollendkommenheit.*

Th: XXIV.

Dignoscitur autem summa potestas sive Majestas potissimum ex usu Regalium. Siquidem jura hæc ex natura Majestatis profluunt, eiq; semper sunt connexa. Quippe sine quibus

bus impossibile esset Majestatem existere.
Henr. Arnif. de Majest. lib. 2. cap. 1. num. 3.
 Hinc & Majestatis dicuntur jura, seu jura
 summi Imperij, *Arnold. Clapm. de arcan. Rer.*
lib. 1. cap. 10 in pr. A nostris *Kaiserliche Hoch-*
heit vnd reservaten, Reichsab. de Anno 1576 §.
Dadurch dann.

Th: XXV.

Quando autem Majestatem ex usu Regalium
 dignosci asserimus, nō in eam adducimur sen-
 tentiam, ac si Principes inferiores, superiorem
 recognoscentes, in Provincijs & territorijs suis
 æquē Majestate sint præditi, quippe à quibus
 Regalia exerceri videamus. *Regn. Sixtin. de*
Regal. lib. 1. cap. 5. Ejusmodi enim assertio nec
 rationi, nec qualitati Majestatis, nullam subje-
 ctionem admittentis, conveniret.

Th: XXVI.

Siquidem Principes inferiores non jure
 proprio, sed nomine concedentis Regalia pos-
 sident, adeoq; nec Majestatis participes fiunt,
 sed reservatur ea soli concedenti, ita ut radica-
 liter in ipso tanquam fonte perenni Regalia
 resideant. *arg. c. dudum. 14 §. Nos igitur de*
præbendis in sexto. Besold. de appellat. cap. 2 n. 6.
fol. 59. Andr. Knich. de jur. territor. c. 1. n. 36.

B 2

Prin

Th: XXVII.

Principes ergo Imperij Regalia quando exercent, beneficio & auspicijs Imperatorum exercent. *X. A. de Anno 1521 Ordnung des Landfriedens / sub. tit. handhabung des Friedens. S. darauff befehlen. ibi: auch bey Verlust aller Gnaden / privilegien, vnd Rechten &c. Quæ sanè verba innuunt, Status Imperij jura Majestatis, quæ habent, tanquam privilegia, accepisse ab Imp. eijs omnia accepta referenda esse. Quod & ipsi in literis & supplicationibus suis ad Cæsarem perscriptis fatentur, appellando se Cæs. Maj. subjectissimos. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. num. 8.**

Th: XXVIII.

Licet verò, quod fateor, multa & magna concessa sint Proceribus Imperij, quædam tamen, & quidem non parva sibi reservavit Imperator, quæ ob Majestatem & auctoritatem à cæteris Principibus eum discernunt. *Valentin. Forst. de Success. ab intest. lib. 6. cap. 24. n. 32.*

Th: XXIX.

Non immeritò igitur dicitur Caput populi Christiani, *Aur. Bull. c. 2. §. 1. & 2. Oberhaupt im Römischen Reich / Reichsab. de anno 1566. §. Demnach im 64 Jahre. Item: Ein wachend Haupte des Römischen Käyserthumbs / Reichsab. de an: 1570.*

1570. §. Nach erledigten Puncten. Hinc *Ligur.*
lib. 6. de Imperatoris Rom. potestate ita canit.

— *Nullum caput ista super se*
Adspicit, excepto cœlorum rege, potestas.

Cui summæ potestati jungit summum honorem ille, qui *Caroli V. Imp. gloriosissimi* symbolum explicans ita scribit:


Vis ultra? ast ultra non est, quò progrediaris

Nil ultra est Aquilas, imperijq; decus

Th: XXX.

Sed finem facio, & fateor cum *Illustriß. Rudolpho Maximil. apud Lansum in Orat: contra Gall circ. fin.* Quod in pulvere Scholastico multa sæpè de potestate Principum, tanquam de ideis Platoniciis, variè differantur, quæ si ad usum communem exigantur, videatur in somnis fuisse laboratum.

Tantum.



Corollar:

I.

An Imperium sit majus Imperatore? Negat.

II.

An jus primariarum precum Imperatori post pacificationem religiosam competat. Affirm.

B 3


An

III.
An conjugium in articulo mortis contractum va-
leat? Affirm. IV.

An fides hosti data sit servanda? Affirm.

V.
An repressalia, sive pignorationes rerum & per-
sonarum pro alterius debito, per se sint licita? N.

VI.
An usucapio, seu praescriptio contrarietur equi-
tati? A.



JUVENI PRÆSTANTISSIMO
JOACHIMO FRIDERICO à Moltken/
Nobili Megapolitano.

Differtationem publicam, de Imperatoris Roma-
nò Germanici Majestate, auspicianti, hac paucula è
sincero pectore deprompta apponis.

AH frustra invidiæ quid stringis,
Mome, flagellum?

Quid contra has operas lingua pe-
tulca strepis?

Oderit & rodât, qui nil nisi propria
laudat;

Qui sapit, estq; bonus, non reproba-
bit opus: Tu


Tu M O L T K E N nobili qui clares no-
mine, perge.

Perge labore tuô, tunc tibi crescet
Honor

Perge Viris tantum te sic ostendere
doctis

In non mortali carmine vivus eris.

M. LAURENTIUS à BODOCK
Eloquen: Prof: P.



V I R O J U V E N I

Quà stemma Nobilissimo,
Quà doctrinam Cultissimo,
Quà mores & novem sorores
Præstantissimo

Dn. JOACHIMO FRIDERICO von Moltken
amico suo veteri & integerrimo,
hiscæ applaudit

Felix M O L T K E N es, mentem cui finxit acutus
Japetionides de meliore luto:
Felix, dum delubra Dices sacræq; Themistis
Endogredi vulgo non remorante studes:
Felix! sic verè es M O L T K E N I nobilis, alma
Virtus quem decorat, Nobilis ille mihi,


Salve!

Salve! qui vigili studio impallefcere chartis
Clarus haves, Themidos difcutiendo favos.
Laudo tuos nifus, juris certamina laudo.
Qua ductore fubis nobili ab arte viro.
Laudo inquam juris docta hec fcrutinia, Nomen
Nobilius multum clarus ab arte facis.
Si porrò ad Themidos tam strenuus iveris aulam,
Iveris ad fancta castra beata Dices:
Juraffo Eunomie fi non tibi nubere rentet!
Quam mihi, quam cundis tum generofus eris!


Jacobus von Dorne.







the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiæ se infere-
 ub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiæ, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 o 1615. vagabundus quidam homo cõ-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Græcorum
 jactans, adjumeto intercessionũ, quas
 tẽ impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniæ
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine à Nobilibus pecuni-
 , pœnam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 u assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publicè jactaverat, quem postea
 iudicæ Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata à *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personã sua pla-
 en suum mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quæ notissimum est illud Plau-
 ptã forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut è bello rever-
 ncubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4